

Εν ὀνόματι Ἰ. αὐτοκράτορος.
NONNULLA PHILOSOPHICE
MEDITATA

περὶ

ΤΩΝ ΚΑΙΜΑΚΤΗΡΩΝ

ἢ
ΕΤΩΝ ΚΑΙΜΑ-
ΚΤΗΡΙΚΩΝ,

ac deinceps

Veneranda Facultate Philosophica
Academiæ Aboensis annuente,

SUB PRÆSIDIO

VIRI AMPLISSIMI

DN: PETRI HAHN

Phys: Prof: Reg: & Biblioth: Ordin:

PRO GRADU

modeste exposita,

Loco horisque consuetis, die 1. Februarii

Anni τῆς ἐπισημώσεως λόγου XII

supra MDCC

ἂ

Sereniss: Reg: Majestatis Beneficiario

JONA P. BRUZELIO.

Excudit, AND: Biederman/Un. Typog.

Mons: Fris: Phis: 1814

S:æ R:æ M:tis

egregiæ fidei

VIRO,

Amplissimo ac Spectatissimo

DOMINO,

DN JOHANNI

H A A K S,

Telonii Aboæ majoris

Inspectori adcuratissimo, Mæ-

cenati ac Patrono benignissimo, Nu-

tritio propensissimo, quovis pieta-

tis Zelo & observantiæ cul-

tu æternum colendo,

Prospera fata & annos

bene mltos !!!



B Is ferè quinque menses præterlapsi sunt,
Spectatissime Domine, Postquam bene-
ficiis Tuis amplis ac propemodum inu-
sitatis perfrui cæpi, quorum magnitudo, si
cum tempore conferatur, vix credi potest, tan-
tum eorum tam brevi cumulari potuisse; nec
certe ipse crederem, nisi expertus novissem.
Verum pro hisce signum aliquod gratissimi
animi exhibere, nec ulla mihi adhuc data
fuit ansa. Scriptum quoddam breve maxi-
ma celeritate simplicissimo exaravi filo, quod
lucem nunc videbit publicam. Hoc quale-
cunque sit, Tibi, Spectatissime Dne: humilli-
me offerre audeo. Nec diffiteor, lucubrati-
ones hasce valde exiles esse, Tuisque in me cu-
mulatis beneficiis longe inferiores. Verum
enimvero non ignoro, Te Spectatissime Dne:
insita bonitate favoreque singulari, quo
me hospitem amplecti dignatus es, non tam
pos.

pondus muneris, quam voluntatem offerentis
estimaturum. Accipias igitur Mecenase ma-
gne & Nutritie propensissime, fronte serena
menteque bona, qua certe à me oblatus est,
qualemcumque hunc studiorum meorum cona-
tum. Ego Deum opt. Max. precibus defa-
tigabo ardentissimis, velit Te Spectatissime
Dne: cum Nobilissima conjuge familiaque
universa, omni prosperitate decorare, pace
nimirum tam anime quam corporis, longo
vite cursu, valetudine perenni, adeoque seli-
citate ipsa. In quo voto perseverat,

Amplissimi atq; Spectatissimi
Domini Inspectoris

Humillimus Cultor
Jonas P. Bruzelius

Τῷ υβρέχει ἀναγνώσει χαίρειν!

ANimo secreta pensitanti æstimatione, quale minus sibi operolum eligeret argumentum, in quo vires iterum tentaret suas, varia utpote magis trita facilius a sese obtulere, quæ quidem diu, probe tenuitatis gnarus suæ, in consilio habuit; verum reponere cramben rrecoctam non tam insuetum quam nefas judicavit, cum præsertim copiosissimus Philosophiæ hortus, nullius non generis herbam, indaganti suppeditet. In diversa ita versantem, in contemplationem sui præsens *περὶ κλιμακλήρων* allectavit, & quasi ex charybdi in scyllam deduxit. Materia certe egregia minusque trita: sed dii boni ardua, prolixa, intricata, milleque aliis subtilitatum difficultatibus obfuscata: Cujus penetralia non quilibet, nisi quem supra

A

vul.


vulgarem literarum sortem musæ e-
vexere, helluonem scilicet librorum,
cognitio quem exacta Chaldaicæ, Ægyp-
ticæ Græcæque non fugit dialectorum,
quibus doctrina de Climacteribus pri-
mum confarcinata, circumspexit. Ex
hisce fontium quasi venis succus san-
guisque materiæ hauriendi; ut vana
veterum subtilitas melius appareat & in
herba latitans aspis dexterius, extraha-
tur. Rem quidem hanc Vir Nobilitate
& profunda eruditione incompacabi-
lis Cl. Salmasius impigre adgressus ad
ungvem refutando persequutus est; ta-
lem virum, me in multis imitatum esse,
non erubelco fateri. iudicium, præterea
requirit maturum: gustum non mini-
mum disciplinarum quas fere omnes
attingit: longamque, præprimis mo-
tum viriumque corporum, cum sim-
plicium, tum mixtorum, experien-
tiam ac Physiognomiam. In hisce o-
mnibus probe calere, hoc opus, hic
labor, etiam eruditissimo. In luce nam-
que tenui caligare, in mediocri cœcu-
tire,

tire, in majori cæcos esse omnes, subtilitatum exclamat magister; quales quæso in maxima futuros cenles? lumen quippe intellectus admodum debile tenebrarum fere nomen meretur: organa imbecilla ineptaque: temperamentum jam nimia caliditate his, vitiosa jam frigiditate illis, aliis melancholiæ nebula aciem mentis, obfuscat, obfundit, torpescit. Quique suos patimur manes. Quibus nec ego fortis iniquæ ludus immunis sum. Quem etiam fortuna adeo adorta est opprimere, orbitate præmatura, pauperie, valenitudineque minus recta & c. ut nulla prorsus spes emergendi reliqua fuit. Nec emerissem unquam nisi Præceptores, divina ita disponente providentia, cum heic, tum in patria Amplissimi, Celeberrimi, ac de tota re litteraria optime meriti, imprimis Nutritius meus Maxime spectabilis ac erga me liberalissimus, summo nisu mihi subvenissent; quibus refundat & æternum adsit Deus; gratiasq; ego habebo ad urnam usque

immortales. Quid de subsidiis arduam hanc materiam illustrantibus dicam, quibus fere destituor; ut, brevissimum eam enucleandi tempus mihi relictum referre, omittam; nec non injuriam præsentis tempestatis, ut ut omnibus magis, proci dolor! quam lat est, notam præteream. Quæ omnia quantum conatui obstiterint meo, judicet quisque cordatus lector, pallioq; tegat humanitatis, humani si quid passus fuerim. At si in magnis etiam tentasse satis est, veniam spero, tantoque magis, quanto festinabundus præcepsque hoc quaecumque compilavi opusculum. Hæc bonis dicta sunt. Momos prætereo satis sciens ἐδένα ἀδιάβλητον ἔσεσθαι, aut omnibus placere posse, πάντων γὰρ ἔστι δυσχερέστατον τοῖς πολλοῖς ἀρέσκειν ait Demost. ἔργμασι, præcipue, ἐο μεγάλοις: addit solon; hinc ἐδὲ γὰρ ὁ Ζεὺς ἐδ' ὕων πάντως ἀνδάνει, ἐδ' ἀνέχων recte concludit Theognides. ῥάδιον μαμαῖσθαι ἢ μιμῆσθαι. Ad umbilicum demique hanc rem seu materiam deducendam, δικοσασία lectorum Genethliacarum, difficili-

cili-

cillimum fecit. Quorum quæque suis
 nixa rationibus, aut omnes falsa hypothe-
 si, de lana ergo caprina litigant. Ne
 longius Te detineam L. B. qua usus heic
 Methodo dicam. In iv. divisam mem-
 bra opellam hanc vides quorum pri-
 mum fundamenta τῶν κλιμακίῳων aperta
 breviter destruet. Secundum ὀνομαστο-
 λογίαν καὶ πραγματολογία κλιμακίῳων va-
 riasque ejusdem divisiones &c. conti-
 nebit. Tertium brevissime communis-
 simam viam Climacteres investigandi
 apperiet. Ultimum denique climacteres
 nec à numero ut recentioribus, nec à
 stellis ut antiquioribus placet depende-
 re; & insufficientiam, ut ita dicam,
 Genethiacorum in prædicando κλίμα: ex
 astris, ratione & testimonio ostendet;
 & denique brevissime Genethiacorum
 argumenta, quibus nituntur, diluet.



חכמה יחורה הושיעה נח נח
 יחורה הצליחה נח

Membrum I.

§ I.



Veritatem *cu* *φρέαλι* & quidem *βαθεῖ* latitare, scitè non minus quam peritè dixisse legimus Democritum; cui quidem experientia omnis suffragatur ævi. Ut ergò inde prudenter extrahatur, summa non solum enitendum est ope: sed etiam enixe despiciendum, ut principia & quidquid fundamenti loco substernitur, indefessa & adcurata satis inquisitione investigentur, percipiantur. Quibus *ἀνεπίστος* ruminatis, haud difficile, evitatis erroribus, in rei cognitionem alite dextero provehimur. De fundamentis itaque, quibus Genethliacæ & inde

de deducta Climacterum ratio nititur, paucis expediamus, nobis incumbit. Hæc imprimis duo sunt. Si nimirum 1. Non ponatur, *ζωδια* seu simulacra cœli vera esse. Et 2. septem planetas verè esse Deos. Actum omnino est de Climacterum certitudine ac veritate. quibus igitur demolitis, omnia de annis Climacterius, ficta ac picta corruere necessum est. Primum itaque *πῶς ζωδια*, an vera & talia ut finguntur animalia sint? tamque multa & tam diversa in sublunaribus efficiant? breviter videamus.

§. II.

Singulas Zodaici imagines ex multarum stellarum dispositione formatas esse constat; si ergo stellæ eodem situ, eodemque ordine, quem in figuratione ostentant, in tabella punctis collocarentur nec nominata nec depicta figura, quam repræsentare finguntur; nullus certe liquide dicere posset, ex hoc situ ac ordne punctato, aut ♈, aut ♎, aut ♋, aut ♏, aut ♉, aut ♊ &c. Et quidquid de
ni.

niqve fit *βιότων φαντασμάτων*, effici. aut
 visu saltim singulas si liceat perpendere
 stellas, ex quibus imagines ejusmodi
 conflatae sunt; ea distantia, eoqve com-
 mentu inter se distare videntur; ut hujus
 vel illius animalis figuram repræsen-
 tare possint: verum enim vero sana ratio,
 tam immania esse ea stellarum inter-
 valla, quas arctissime nobis conjunctas
 visus perſuadet, ut nullum prorsus ex-
 indé simulacrum concinnari queat, ἀ-
 ναλίπητος docebit. Harum quippè nul-
 la ferè est, quin ab altera distet ut sol à
 luna & hæc à terra. Haud exiguum
 præterea numerum stellarum in cælo
 esse, quæ visus non attingit noster, nemo
 inficias it, nullumqve propterea figura-
 tionis locum obtinuit, ex quo, procul du-
 bio, variæ educi possent figuræ; ne mil-
 lesimam partem nobis apparere asserit
 Wendel: quid quæso de his judican-
 dum, nonnè omnis vis in genituris &
 climacteribus, illis abrogata? nec adeò
 mirum esset, si in cælum transferrent
 hujuscemodi animalia, qualia in terram
 fin-

vaccam tauro per omnia, sexu excepto, simillimam? cum fœmineos facere creditur. & haud multum generositate cedere leoni cum quo sæpè impigrè pugnavit, nos docent historiæ, & se vidisse tradit Salmasius. Nascens itaque sub hoc signo, concitati, feroces fortesque essent, non fœminei. Verum fabulis satis faciendum Pœetarum, quæ non tauro cuilibet, sed illi tantum, qui Europam jovis amaciam per mare vexit, in cœlo locum dedere; hinc non posteriores, sed priores ejus partes, quas natans extra aquam habebat, apparent: hinc etiam cinceos ac molles facere traditur; quia fœmellam transportavit, quæ omnia fabulosissima. Gentes sub signo leonis, animantium fortissimo, degentes, præcipuam fortitudinem ac ferocitatem obtinere contendunt. Quænam verò sint inter veteres non convenit. Dorotheus τῶ δ' ἰσσοκείθ' ἑλλάς, φρυγίθ' ἄμα, καὶ σόμα πόντος: aliis καὶ κεφαλὴν πρῶτοντις, καὶ δὲ σήτ

ἡθ' ὅτι ἐλλὰς, ὑπὸ τὴν κοιλίαν μακεδονία, ἔσ
 δε πρὸς ἄρα Φρυγία est. Phrygi eximuntur,
 & ignavi ac timidi audiunt, cauda
 quoniam sub sint; at contra rationem,
 cum certum sit sese ad iram cauda
 accendere & extimulare leonem,
 undè ἀλκαία nonnullis dicitur. Phrygi
 ergò prædictis feroces esse deberent.
 Et quid nunc dicendum, cum
 maxima barbaries hæce obrinet plagas;
 anne ζώδιον illud ὄν pristinam vim in
 genituris amisit? Leo præterea exoriens
 non magnanimos solum; sed etiam hel-
 luones, qui substantiam dilapidando
 nihil hæredii relinquunt; item anxios
 tristesque efficit. An quia talis leonis
 fit natura? sed nec hic cujuslibet figu-
 ram leonis, verum illius solum, qui Ne-
 meam vastabat & ab Hercule devince-
 batur, intellectam volunt. Idem in aliis
 reperies signis, quæ Pœtica excogita-
 vit licentia cæloque adfixit; quæque
 ἔκ ἐν τῇ ἀλήθεια, sed nuda Φαντασία con-
 sistunt. Infinitæ certe rerum, nego-

tiorum, actum ac eventuum *κατασκευασθέντες* sunt, quibus nullum erat signum, cui, ex similitudine ac virtute naturali, applicari possent; propterea quæritandum quamvis ex longinquo ac obliquo, cui simulacro melius aptari possent. Verum dicat quis, non ex stellarum dispositione fabricatas, sed effectu earundem excogitatas figuras istas. Cui repono; aut *μόρφωμα* fuit antequam esset leo; aut quando primum factum est simulacrum, sub leonis forma ac nomine factum: si hoc haud ab effectu geneleos, leonis formam nactus est sidus, sed stellarum synodo: sin illud ostendant quale ante fuerit, nihil omnino esse non potuit. Ita in reliquis. Et si essent veræ imagines illæ, cur in explicada cujuslibet animalis aut rei historia lectæ non convenirent? Capricorni aliam Græci, Ægypti aliam tradunt historiam; fluvius cœlestis Ægyptiis Nilus est, Eridanus Græcis &c. vid: Hyginus. Tartaros totum transmutasse Zodiacum refert

Cl: Salmasius, ponendo Murem, Bovem, Pardum, Leporem, Crocodylum, Serpentem, Equum, Ovem, Simiam, Gallinam, Canem, Porcumque. Nec mirum, cum adhuc mille ex cujusque ingenio aliæ fingi ac efformari possint. nulla neque pars, neque gradus signorum est, quin simulacrum aut effigiem, vel viri, vel fœminæ, vel animalis veteribus repræsentet; inde *ἔργα ἐῖδη*, Carpi aphoris: IX audiunt. Quæ omnia in genituris haud parum facere credebantur. Hinc duo genera imaginum illis sunt, *ἀισθητῶν* nimirum, ut signa Zodiaci, & quæ extra eum in parte septentrionali ac meridionali apparent; & *νοητῶν*, ut Decani ejusque ministri *ἠδρανετέλλουτες* sc. *νοητοί*: intellectu solum percipiendi. Hæc omnia sive *νοητικὰ* sive *ἀισθητικὰ* sint, nihil esse, nisi figmenta & pigmenta veterum Poëtarum ac Astrologorum nihilque veri inde statui posse, quisque videt; cum ea, quæ in re non sunt; sed tantum aut appa-

parent, aut apparere putantur, ad rem ne minimum facere possint. Sed de hisce fatiis. Breviter ergo an Erraticæ Dii sint; & an illæ Divina potentia, uti creduntur, in hominibus eorumque rebus gaudeant, paucis disquirendum.

§ III.

Tres antiquissimas easque celeberrimas artis Genethliacæ seu Astrologiæ judiciaræ fuisse sectas; Chaldaicam nempe Ægyptiacam & Græcam, quarum quamlibet & credisse & tradisse sidera præprimis erratica multaque alia Deos esse, illarum nos docent monumenta. Non tamen in omnibus de hac re consentire; Chaldæi namque ab Ægyptiis, hi à Græcis, ab omnibus autem recentiores Genethliaci in tantum divertunt, circa præcipua Astrologiæ *Γενεθλιακά*; ut diversa omninò in stellarum finibus, Domiciliis, Trigonis, Decanis aliisque infinitis tenuerint; quod falsitatem rei arguit Chaldæi mundum esse æternum proficebantur, observa-
tio-

tiones itaque siderum, quas ad hominum prænoscenda fata excogitaverant, tantæ antiquitatis esse dixere, ut ad 470000. annorum retròjeas numerarent. stellas xxx. sub vii. erraticis, βελαίαις θεαίς, nominatas, constituere, ut ex Diod: refert Salm: in p. Diat: quæ inspectarent, curarent ac renunciarent, reliquis stellis, quidquid supernè ac infernè ageretur. Præter has xii. alias τὰς τῶν θεῶν κρυφαίς adpellatos effinxere, quorum cuique mensem unum, & de signis Zodaici unum signum deputarunt, quos plurimum boni maliqve ad hominum genituras conferre ajebant; multaq; alia mere figmenta. Id certe admirationem meretur maximam, per spatium prædictorum 470000 annorum, Chaldaeos, ex perpetua siderum contemplatione, non potuisse deprehendere, utrum suo, an alieno lumine luceret luna. quid ab his veri expectandum, qui adeo in stellæ, terræ, omnium proximæ, natura ac specie explicanda, aberrarunt? ex eorum

eorum constat doctrina in astris *μηνζικόν*
 minimè existere, nisi Dii sint divinaq;
 illis tribuatur potestas. Zabios nullos
 esse Deos præter stellas firmiter tenu-
 isse, refert Maimonides: quos cum om-
 nibus Chaldæis in eo convenire, idem
 ostendit. Ægyptii eandē hanc doctrinā,
 infinita ante secula, quadam quasi æ-
 mulatione de antiquitate cum Chal-
 dæis, se invenisse gloriantur. In Æ-
 gypto Vulcanum infinito regnasse tem-
 pore; ei filium ejus ☉ successisse; hunc
 ♂ excepisse; post illum ☿ imperium te-
 nuisse &c. contendunt, quos in Deorū
 deindē relatos numero devotè coluere.
 Præter has, etiam signa Zodiaci, o-
 mniaque sidera Deos agnovisse, referen-
 te Jamblico, Epist: ad Porphyrium; nec
 ab his Decanos, Horoscopus eorumque
 ministros sejunxisse, astendit Salm: præf:
 Diat: an: Clim: Hinc tota eorum A-
 strologia in Deorum, i. e. Stellarum si-
 gnorumque potestate fundata erat.
 Hanc antiquissimam, Chaldæorum, Æ-
 gyp-

gyptiorum, Græcorum Phœnicorum-
 que, Philolophiæ & Theologiæ fuisse ra-
 tionem ex veteribus constat. Plato in
 Cyrillo Φάισονταί μοι οἱ πρῶτοι ἀνθρώπων τῶν
 πρὸ τὴν ἑλλάδα, τέτταρ μόνους θεοὺς ἠγάθει,
 ἕσπερ εὖν πολλοὶ βαρβάρων ἥλιον καὶ σελήην
 καὶ γῆν καὶ ἄστρα καὶ ἔρανον. ἅτε ἐν ἀεὶ,
 ὀρῶντες πῦντα αἰεὶ ἰντι δρόμῳ καὶ θεόντι, διπὸ
 ταύτης τῆς φύσεως τῆς τ. θεῶν, θεοὺς αὐτοὺς ὀνό-
 μασεν. *Errore procul dubio ab anti-
 quioribus haustio. Nam de Phœnicibus
 ac reliquis sectis antiquis idem astruit
 Eusebius lib. 1. Præpar. Evang. ἔχεις δὲ
 καὶ ἐν τῇ φοινικῇ θεολογία, ὡς ἀρχα οἱ πρῶτοι φυ-
 σικοὶ, ἥλιον καὶ σελήην καὶ τὰς λοιπὰς πλα-
 νήτας ἀστέρας καὶ τὰ στοιχεῖα, καὶ ταῖς τοῖς συναφῇ
 θεοὺς μόνον ἐγίνωσκον, καὶ οἱ ἴστοις οἱ παλαιό-
 ται, τὰ τῆς γῆς ἀφιέρωσαν βλασηματα καὶ θεοὺς
 ἐνόμισαν καὶ προσεκυῖεν ταῦτα. Conf: eun-
 dem lib. iii. Ex ipsa lanugine futuri
 Astrologi docebantur Deos esse sidera,
 quæ deinde vulgus docebant. Sed pri-
 us quam ad hanc artem discendam quis
 admissus erat, juramento adstringeba-*
 tur,

tur, ut artis hujus arcana celaret; cu-
jus exemplar heic ponam, ne quis du-
bitet, quin veteres sidera Deos esse cre-
diderint, transcriptum ex Valent: lib: η:
init: Ἐν τυγχάνουσας ὀρκίζω ἡλίῃ μὲν ἱερὸν κύ-
κλον, καὶ σελήνης ἀνωμάλης δρόμος, τῶν τε λοι-
πῶν ἀστέρων δυνάμεις, καὶ κύκλον δύο καὶ δέκα
ζωδίων ἐν ἀποκρύφοις ταῦτα ἔχειν, καὶ τοῖς α-
παιδεύτοις ἢ ἀμυήτοις μὴ μεταδιδόναι. Ζεμὴν τε
καὶ μνήμη τῶ ἐσηγησαμένῳ ἀπένεμει. Ἐυορκῶσι
μὲν εὖ εἶη καὶ καταθύμιοι οἱ προκείμενοι θεοὶ
ἐπορκῶσι δὲ τὰ ἐναντία. Opus etiam suum
Genethliacum ita ingreditur Manilius:
*Carminē Divinas artes ἔσ' ἐκείνην φάτι
sidera. Diversos hominum variantia casus,
cœlestis rationis opus deducere mundo
aggredior - - - -* Fixas etiam Deos
agnovere & universaliter tantum se in
genesibus habere tradidere; sed à Pla-
netis omnia particularia arcessiebant;
hicce sicut Zodiaci signis certum tribu-
ere genus: ♃. ♂. ☉. ♆. masc: ☾. & ♀.
fœm: ♄. Epicœn: hinc ἡρμηφρωδότης auditῆ
Hæc ut reliqua fundamento fabuloso.

Nul-

Nulli propterea, nec Philosopho naturæ perito, nec Astrologo arridere queant: multo minus Christiano, nisi Idololatra haberi amat, cum Principes Gentilium hanc disciplinam severè prohibuerint. Ipsos etiam Chaldæos, sapientiæ ac Astronomiæ præcellentes studio, prædictiones ex astris adeò repudiasse, ut ἀποτελεσματῶν ἀστρολογίαν profitentes in gregē recipere abnuerint, refert Strabo: L. xv. ἀφ' ἑσθ' ἰνκνιενς, δὲ ἐν τῇ βαβυλῶνι κατοικίᾳ, ὅς ἐπιχωρείς φιλοσόφοις ὅς χάλδαίσις προσαγορευομένοις, οἱ πῶεὶ ἀστρονομίαν τὸ πλέον. προσπιῖναι δὲ ἕνεκ καὶ γενηθλιαλογεῖν, ἕς ἔ καταδέχονται οἱ ἔπεροι. Imperatores Christiani severè hanc coërcuere artem. vid. leg: Constant: Tit: v. In ordine quoque Ecclesiastico recipi, canone Laodiceno, vetabantur. August: Quæst: 115. lib. in N. & V. Test: nihil, inquit, tam contra Christianos, quam si arti Genethliaca adhibeans curam, hæc enim inimica dignoscitur legi Dei: si nascentur qui mali sint: Et contra qui bo-

ni sint, frustra lex data dicitur &c. vide
 scis. Wendel: Contemplat: Phys: pag:
 m: 370. Terram etiam, quæ quibusdam
 Planetis annumeratur sub nomine Ve-
 stæ, mare Neptuni, Junonis aërem
 Vulcanique ignem veteres coluere. De-
 os tamen nec corporeos, nec visibiles
 esse concedunt: stellas autem & elemen-
 ta utrumque esse, negare non possunt.
 Quare Deos esse asserunt? nonnulli
 stellas non Deos, sed Dei tantum mini-
 stros, ajunt, qui cum incorporeus sit, nihil
 agere posse sine ministerio: quod impo-
 tentiam in Deo insinuat, & impiissi-
 mum est. Alii per ἀπόρροιαν tam in se in-
 vicem, quam in mundo sublunari tam
 multa, tamque diversa efficere stellas
 statuere, quod tolerandum censent eru-
 diti, si non præsupponatur Deos esse,
 probeque distinguatur inter ἀπόρροιαν
 σωμαλικήν, quæ fit uno modo per me-
 dia legitima, & justa distantia; sic neces-
 sitatem in operando illis concedendam:
 & πνευμαλικήν, quæ nullis circumscripta
 ter-

terminis, sed infinita, omnigena-folius Dei est; de qua Theologi. Stellæ ergò nullo modo agere possunt nisi in corpora; idque non subjective, sed objective tantum: ac proinde nec animum, nec ingenium &c. Ut influant, genitis dare, multo minus vitæ terminum largiri, qui à Deo determinatur. — **חַוְצוֹת יָמָיו מִסְפָּרֵי—** חֲדָשָׁיו אֶתֶךָ חֲקוּ Job: 14. 5. Vel si ponamus animatas eas esse, non tamen per influxum tanto distitis intervallo, animum aut mores ingenerare, aut fortunam qualemcunque illis fabricare, cum adstantia corpora, adstantibus id præstare non valeant. Fingamus esse rationales; neque hoc melius ceder, sapiens n. milliaris spatio ab alio separatus, alium sapientem facere non potest; ergo erunt Dii; quod impiissimum & falsissimum quisque videt. Nullo itaque modo concipi potest, unius corporis, five animati, five inanimati, rationalis aut irrationalis, virtutem tam multiplicem &

in-

infinitam esse, ut innumerabilem entium multitudinem specie differentium, adeò variis sæpeqve contrariis facultatibus imbuat, formet, instruat: at veterum Astrologorum sententia decernit, omnes entis gradus, ὄντα, ζῶντα, ἀνοσθητὰ καὶ λογικὰ id quod habent ab astris, uti Diis, habere. Nec intra hæc eorum stetit velania, ut posuerint in cælo, quæ in terra viderint, & ex eo aliquid veri deducere conati fuerint, sed multo plura effinxerunt, quæ nunquam fuerunt, hinc θεοὶ eorum orti νοητοὶ, ut Decani, Horoscopi &c. Aliæque multa merè figmenta, quæ omnia enumerare ac refutare tempus non permittit. Omnem tamen vim stellarum in hominibus, stellis denegare non audemus, justam tantum & naturæ consentaneam, mediatam in facultatibus inferioribus, concedimus. Philosophos in tres sententias circa hanc rem ivisse deprehendimus. Quidam ne minimam efficaciam in hominibus, stellas habere ajunt; ut Danaus

Phys:

Phys: Tract: 4. c. 32. Alii, ut veteres omnia à stellis dependere contendunt, ut dictum est: Saniores Philolophi mediam, uti tutissimam, institere viam, concedendo corpus hominis certo modo astris obnoxium. Hasce sententias accurate examinatas vid: apud Wendelinum Contemp: Phys: p. m. 369. Decani ac Horoscopi mentionem jam jam fecimus, quid illi sibi velint, antequam longius progredimur, scire incumbit. In xxxvi. Segmenta Zodiacum dividebant veteres, quæ denorum singula erant graduum, & denis quibusque unum præponebant Decanorum seu θεὸν νοητὸν: in totidem partes quot erant Decani, corpus humanum partiebantur, unicuique singulos earum morbos, reliquaque pericula seu climacteres ex illis deducebant. Celsus apud Orig. lib. viii: ὅτι ἅρα τῶ ἀνθρώπου τὸ σῶμα ἐξ ἑκῆ τετρακόντα διειλήφασιν δαίμονες ἢ θεοί- τινες νοητοὶ εἰς ἑσσαῦται μέρη νενεμημένου &c. Cum tres Decani singulis essent signis,

fin-

singulisq; Decanis denæ partes seu gradus, qui unum ex his Horoscopum haberet in genitura; omne vivendi tempus, mortis genus, omniaque in vita ei eventura sortiebatur. Horoscopus est oriens signum, quodcunque tandem sit in genitura alicujus, & opponitur occasui: prolixius de hoc in progressu. Ab his & aliis ejusdem farinae pigmentis & figmentis veterum, Climacteres, de quibus breviter, Jehovah præeunte, agemus, descenderunt; de quibus veriora non constitui possunt, quam de causis, quibus adscribuntur. Sed de fundamentis satis: ad rem præmissa ὄνομα ἔ- λογία, cujuscuque tractatus clave veniamus.

Memb. II.

§. I.

Κλιμακτήρ, à quo κλιμακτηρικὸς, ἀπὸ τῆς κλιμάζειν, inclinare, inflectere venit: hoc à themate κλίω, clino, flecto, propriè gradum significat Scalæ: Hesych:

κλι-

κλιμακῆρες οἱ τῆς κλίμακῶ βαθμοὶ : Interdum inclinatorem test: Salm: non raro periculum & quidem grave Vet: Astrologis: discrimen Tacito lib: 18: Anal: in Trasyllo: in ultimo significato substractæ adæquatur materiæ : non autem διὰ τῆς κλίμακῶ, neque κλίμακῶ, ut alii autumant derivatur: nam si huic κλιμακικός; sin illi κλιμακικός, natales deberet, diceretur. κλιμακῆρ & κλιμακτηρικὸς συνονόμως ac promiscue antiquis usurpantur; verum ἀκριβῶς re pensitata, illud periculum ipsum insinuat, hoc annum seu tempus, quo tale evenit. Græca hæc duo vocabula civitati latinis donata ostendit Salm. p. 2. ex priscais latinis Genethliacis. Multa tamen seu Synonyma, seu epitheta recentiores excogitasse, sed minus materiæ accommodata, quæ Medicus quidam Celebris collegit. Dicuntur, inquit, Hebdomatici, Scansiles seu Scalares, Genethliaci, Gradarii, Natalitii, Fatales, Critici, & Decretorii. Verum Hebdomaticus nomen speciale est,

& hebdomaticis tantum Climacteribus adæquatur. Scalares seu Scansiles dici non possunt, nam κλιμακτῆρ gradum scilicet, non verò scalam, denotat. Nec Genethliaci seu Natalitii; γενεθλιακὸν quippe Græci, natalitium Latini, vocant, quidquid ad diem tantum pertinet natalem. Nec Gradarii, hoc enim de e quo solum dicitur, qui molli vehit gradu (Suet. Sångare) Minell: ad Sall: p. m. 89. Nec melius fatales audiunt; fatalis enim annus genuine ille appellatur, quo quis fati cedit: Ast Climactericus adæquatè sumptus vitam nunquam adimit, ut postea diceretur. Perperam omninò Critici appellitantur, cum notabilis admodum differentia sit inter dies, menses, annosque criticos medicorum, ac Climactericos Astrologorum: in his namque morbi non tantum, sed quæcunque pericula, extrinseca præpinitis, eveniunt: in illis morbi solum judicantur: quomodo medicus ea curabit, quæ mederi non potest; ut sunt incendia, nau-

naufragia &c. Hæc tamen præcipua κλιμακτήρων objecta sunt. Critici præterea levamentum aut liberationem morbi ostendunt; Clim: morbos faciunt. Fuisse ac esse quosdam ιατρομαθηματικὸς non negatur; statim tamen non sequitur confundendas esse disciplinas diversissimas, ut quondam fecisse Ægyptios ostendit ac refutat Salm: p. m. 46. Nec aptius decretorii nomine veniunt. Decretorium quippe, ut fatale, finem vitæ, seu quod ultimum homini evenit, portendit; sic sententia Judicum critica, quæ absolvit, decretoria, quæ condemnat apud Ictos dicitur. Ita anni hi κλιμακτῆρες seu - εικοι, servata tantum Græca dialecto, vocantur. Causam jam denominationis hujus paucis indigitabimus.

§ II.

Anni hi (laxè puta sumpti) aut vitæ finem, aut finiendæ periculum adferebant. Si prius, in extremo quasi gradu consistens, ulterius progredi non poterat: sin posterior; vitæ scalam

scandens, non æquali passu, ut fit in plano, libere ambulat; sed in singulis hærens gradibus, quasi pausam facit. Hinc κλιμακῆρες - seu - κοὶ anni dicti; nam si vitæ cursus, absque ullo periculi offendiculo, pari transigeretur tenore, nulla-certe invenirentur periculorum intervalla aut κλιμακτῆρες, in quibus quasi gradibus scalæ subsistendum esset. Alia ratio subtilior ac convenientior reddi potest. Tres Decani cuique signo Zodiaci, conf. p. 18, attributi, quorumcuique etiam certuserat Climacterum numerus, qui nunquam naturali ordine exsurgit, sed unum aut plures locos vacuosrelinquit: ex: grat: ☉ I. Decanus ζωθῖς IX. XI. XXXI. XXXIII. vid. p. 610. Salm. idem usu venire in genere scalarum, quas Græci κλίμακας vocant, illisque proprias esse refert Salm. Hisce prælibatis, quid sibi velint hi anni, videntum.

§ III.

Inter omnes ferme convenit Genethliacos, annos vitæ, quibus aut mortis pe-

periculum eminent, aut gravior casus, quem vix evitare datur, κλιμακλήρας seu κῆς appellari. Pericula vitæ, fortunarumque hominum κλιμακλήρας Chaldæi appellant : Agell: lib, III. c. X. Pro objecto ergo pericula habent; verum quænam præcipuè, inter hujus artis Magistros morosè disputatur. Omnia nonnulli, sive graviora, sive leviora, tam externa quam interna, mortemque etiam ipsam, sub illis concludunt: quidam externa tantum; alii externa & interna, præter mortem. Plerique veterum, ut accuratiores hujus scientiæ, per κλιμακλήρας, pericula tantum externa, gravissima ac difficilima vix eluctabilia, intellexerunt. Rationibus sine dubio hisce; levis citissimè transiens molestia, accuratè loquendo, periculi nomen non meretur: contra, morbi & cruciatus interni longius durant, interdum ultra annum, interdum per totum vitæ spatium. Valens lib. IV. ἐπὶ τὸν ἐν σωματικῆς χρόνος ἡλιθίως, ὡς κλιμακλήρας, ἀσθενείας

ἢ αἰμαγμῆς πτώσεις, σίγη, παύση, καὶ ὅσα
 ἀνήκεν τῷ σώματι. Morbos heic à Clima-
 eteribus eum distinguere clarum est.
 Mortem eos involvere nec rationi con-
 sentaneum : latius enim non patet κλι-
 μακτῆρ, quam vitæ cursus, cujus termi-
 nus ultimus mors, quæ omnia ad vi-
 tam pertinentia præscindit. Valens eo-
 dem libro νόσος, κλιμακτῆρας καὶ θανάτος
 apertè distinctos his facit verbis : καὶ νό-
 σος, inquit, ἐπισφαλῆς ἰδίῳ τε κλιμακτῆρας
 ἢ θανάτος, ἀνομαλίας τε βίης. Græcus item
 interpres αἰ πάντα ἔχουσαι τὰ κακὰ, πάντως
 ἀναίρεσιν ἐπύγξουσιν, αἰ δὲ τὰ πλείους κακὰ
 κλιμακτῆρας &c. Intuebantur Genethli-
 aci, utrum locus in themate ἀναιρετι-
 κός, adflictus esset, aut eum malefica
 possideret stella, vel conjectu radiorum
 illius premeretur : si hoc mortem omni-
 nò ostenderet, & tum amplius non κλι-
 μακτῆρ : sed θάνατος erat. Valens l. cit.
 διαλαμβάνει ἢ διδάσκει, ποτὲ μὲν ἀναίρεσις
 εἶναι, ποτὲ δὲ κλιμακτῆρ. Hinc liquet ἀναι-
 ρέσεως locum à κλιμακτῆρικῷ esse distin-
 ctum.

Etum; ergo etiam ἀναίρεσιν & κλιμακλήρα
distingui. Ut clarius cōstet, quid propriè
Vet: Ast: κλιμακλήρ fit, exemplum ex
Val. lib. vi. ἀντιλογίων adducam, ubi
enumeratis sex diversis hominum the-
matibus, quos eundem κλιμακλήρα ha-
buisse ait: hi navigantes cum aliis, orta
tempestate, fracto gubernaculo, flucti-
bus undiqve in navim irruentibus, pe-
nè submersi sunt: sed spirante valido
vento, & gubernatore velum obtenden-
te evaserunt; haud multo post in pira-
tas inciderunt, a quibus non minore
cum discrimine elapsi. Talia discrimina
κύρωσ κλιμακλήρες dicuntur. Sciendum an-
num non solum, sed mentem, diem,
horamqve κλιμακτηρικὰ dici, sed etiam
Zodia, stellæ, locaqve. Pleriqve Græ-
corum Astrologorum tria κλιμακτη-
ρων genera statuere ratione qualitatis:
leviores, graviores & θανατικὸς, qui po-
steriores intra metam periculi, ut mo-
do dictum, non stant, sed de medio tol-
lunt, quales V. in toto vitæ cursu, quem
an-

annis cxx circumſcribere, fuere, LXIII. LXXII. LXXVII. cviii. & cxx. Quamvis ſola mortalium vita ex veterum Aſtrologorum arte, Climacteres ſibi vindicat; haud pauci tamen recentiorum, vim quandam illis Reſpb: in pejus vel melius mutandi, tribuere; abſque ulla veterum autoritate ac firma ratione. Veteres talium ne mentionem quidem feciſſe oſtendit Salm. p. 75, & quamvis in Climacteribus detur liberatio à periculo, non tamen ea, ſed periculum conſideratur. Evasio prætereà periculi non denotat in melius mutationem; ſed priſtini ſtatus redditionem, qui in pejus immutatus fuit &c. plura vid. apud Salm. loco cit.

§ IV.

Conſenſu antiquorum, ratione quantitatis Firmico quatuor Climacterum genera ſunt. Hebdomatici, Enneatici, qui Hebdomatici & Enneatici ſimul ſunt, quique nec Hebdomatici, nec Enneatici ſunt. Recentiorum alii, tres pri-

priores agnoscunt; alii tantum penultimos defendunt: ultimos ferè omnes respuunt. verum Hebdomaticos de septenis, Enneaticos de novenis, multiplicata ratione per omne vitæ spatium recurrentibus, interpretantur. Idque etiam contra mentem veterū, qui & plures quam Hebdomaticos, Enneaticos, & ex utrisq; compositos agnoscunt; & aliter Hebdomaticos ac Enneaticos computant, ut paucis ostendam.

§ V.

Veteres *ἑβδομαζικὸν* eum dicunt, qui recentioribus septenarius non est; qui verò his septenarius est, illis *ἑβδομαζικὸς* non est. Vetito V. XLV. *ἑβδομαζικὸς ἐνιαυτὸς* est, at *ἑβδομαζικὸν* non esse recentioribus videt quisque; sed XLIX. Quomodo verò *ἑβδομαζικὸς* sit, ostendit idem Valens cap. *περὶ κλιμακτῆρ* ⊕ *ἑβδομαζικῆ καὶ ἐννεαζικῆ ἀγωγῆς*, ex primo *κλιμακτῆρων* inventore Petosire. A Caniculæ ortu, qui initium anni Ægyptiis dedit, dies computabant, ad diem usque *γενέσεως* ejus, cujus *ἑβδομαζικὸς κλι-*

μακλήρ inveniendus erat. Ex quo numero
 tories 52, 7. subtrahebāt, quoties res per-
 mitteret; residuū autē toties multiplica-
 bant, quoties 52, 7. subtraxissent. Hi autē
 ita in se ducti numeri, numerum κλιμα-
 κηρικῶν εβδομαδικῶν dedere. Exemp: cauf:
 erit numerus dierum ab exortu canicu-
 læ ad diem γενεθλιακὸν 220, quater exi-
 mantur 52, 7, exit inde 208. $\frac{4}{7}$, super-
 sunt 11, $\frac{3}{7}$, qui in se quater ducti, εβδο-
 μαδικὸν κλιμακῆρα efficiunt, XLV nimi-
 rum annum. Estne hic ex septenis pe-
 riodis notione vulgi septenarius? mini-
 mē; sed ā septimanis, quæ Hebdomades
 dicuntur, Climacter Hebdomaticus no-
 men invenit. Tot quippē dies suppu-
 tando eximuntur, quot septimanas con-
 tinet annus: Ἀκραιβῶς ideò potius se-
 ptimanarius, quam septenarius hic an-
 nus dicendus. Eadem fere methodo in
 Enneatico investigando usi. Ut annus
 in LII hebdomadas; ita in XL ennea-
 das dispescitur: XL namque numerus

enneatico computando solennis, ut LII hebdomatico &c. vid: Salm:p: 107. sed ad *ἑβδομαλικόν, ἑνεαλικόν καὶ ἑβδομαδοεννεαλικόν* revertamur recentiorum.

§ VI.

Septimum quemq; annū quadam quasi vi naturali, ac incomperta in ætate vitaq; mortalium, ut in corpore, ita & in animis multa innovare, sive in melius sive in deterius, vix negandum: quod sanè VII annus simpliciter non præstat, sed VI præcedentes; nec numerus, cui nulla efficacia, sed vis & ordo naturæ. Quod verò quis mutationes externorum accidentium subeat, id profecto, nec a numero septenorum, aut novenorum, nec ætatum gradibus provenit. Scaliger unum tantum adstruxisse Climacterem LXIII. puta ex corrupto, ut suspicatur Salm: loco Firmici Lib. IV. c. XIV. Hic utramque paginam facit, & à multis etiam nostri seculi unus & solus putatur Climactericus: hinc καὶ ἐξωχὴν annus Climactericus magnus il-

lis adpellatur ; quamvis omnes Clim:
 graviores veteribus, a Ptolomæo depre-
 hendimus lib:II. Tet. *μεγάλως καὶ ἐπισφα-
 λαῖς* dictos esse. Dupliciter considerandus
 hic annus LXIII, sicut & cæteri vitæ anni:
 aut tanquam *κλιμακτικὸς* : aut tan-
 quam *θανατικὸς*. Priori modo non ma-
 gis Climactericus quam ceteri, licet in-
 ter graviores, quoniam in ultimam in-
 cidit hebdomadem vitæ: Posteriori
 modo sumptus huc non spectat, ut an-
 tea dictum. Plerosque Geneth: recen-
 tiores male confudisse Climactericos,
 & ultimos vitæ annos, ostendit Salm:
 quem vide.

§ VIII.

Heroibus etiam peculiare effinxerunt
 Climacteres recentiores LXIII, nimi-
 rum, XLIX, & LVI; qui anni non tam
 periculum, quam plerumq; vitæ finem
 inferunt. Verum innumerabiles he-
 roës etiam aliis annis, ad plures abi-
 isse, quem fugit, qui historias pervol-
 verit? cur non certos menses, diesve
 na-

natalitios heroibus adsignant, cum legitimos illis moriendi præfiniunt? cur iidem dies plebi non sunt fatales? forsitan plebei non adeo perfecta gaudent substantia ac heroes, & propterea stellæ aliter his, aliter illis decernent. Quidam adeò protervi & audaces fuere, ut Climactera mundo, & interitui ejus fabricarint, quos, omnes veri Christiani, derident. Quid de impia Cardani, qui se Deum in Astrologia jactavit esse, curiositate dicendum; qui therna Salvatoris erigere, ejusque fata ex astris deducere, non dubitavit. *Vid: Joh: And: Schmid: pecul: diss: 1683. bab:* Sed stultitiæ retulit pœnas: nam mortem inedia sibi acceleravit, ne suum thema irritum faceret, sed eodem, quo prædixerat, die obiret. *Vid: Thau: hist: lib: 62. p. m. 136.* sed, de hisce satis.

§ IX.

Climacteres porro in communes & minus communes divisere. Communes, quos plures genituræ habent, quique aut
 pu-

pueris, aut juvenibus, aut senibus communiores sunt, & ætatum gradibus dignoscuntur, dicunt. Hoc sensu Lxiii. *senibus communis*, Augusto ap: *Gell: Lib: III. c:1*, dicitur. Gradus autem heic non per hebdomadas Physicorum, aut medicorum, quas ad Lxx an: ut plerique (convenienter script: *Pl. 90:10.*) adfurgere tradunt, intelligendi; sed Mathematicæ, vel ductu Ptolomæi, qui illos ex Planetarum circulorum ratione divisit, computandi, ut tabella (a) ostendet; summa $\mu\eta$.

(a)	⊙	δ	Βρέφ [⊙]
	♀	ι	παις
	♀	η	μαρτάκιον
	⊙	αθ	νέ [⊙]
	♂	αε	άνηρ
	♃	αβ	πρεσβύτης
	♄	λ	γῆρων
	-	μη	-

Hoc spatium vitæ plenæ legitimæ continere censet Ptolomæus: vel aliorum, qui, singulorum planetarum plenas periodos, vitam, continere justam contēdunt;

in tabella namque, τ periodo XXI, & φ X. defunt, reliquorum v: plenæ sunt; ita justæ vitæ spatium CXXIX erit: veletiam eorum

eorum, qui ἐκ μεγίστης ὀ περιόδου cxx, ite-
rum pagina 5: Gen: 6:3. haud dissona, fa-
ciunt. Tres periodos singulis adsigna-
runt planetis, τέλειαν seu μέσην, καὶ
ιδίαν, quas (β) exponet. Stella horum,

(β)	Pl	τελ.	μεσ.	ιδ.	(γ)	P.	cc	f.c	a. v.
	♄	57	42 2	30		♄	3	40	120
	♃	79	45 2	12		♃	9	10	90
	♂	66	40 2	15		♂	7	17	119
	☉	120	69 2	19		☉	18	3	54
	♀	82	45	8		♀	5	24	120
	♆	76	48	20		♆	8	14	112
	♁	108	66 2	25		♁	13	7	91

ἀφέτης, ἢ οἰκοδεσπότης τῆς γενέσεως existens
bonum locum, bonasque τῶ συμφωνίαι ζω-
δία partes obtinens, bene decernit, hoc
est, majorem suam periodum genito dat;
sin medie mediā, male vero, minimam;
aut tot mentes diesve. Addendo ma-
jori periodo minorem, & factum di-
videndo per 2: media invenitur. Circulos
præterea Climactericos & numeros an-
no

norū quos planetæ efficiūt, patefaciet. (γ)
 Ita terni anni multiplicata ratione per
 omne vitæ currentes tempus, climacteres
 tribuuntur ἥ , ιχ 2, ♂ vii, &c. Qui
 non omnibus climacterici sunt, sed illis
 tantum, quorum γενέστας οικοδεσπότης aut
 κύριοι fuere: nec illis semper, nisi con-
 jungantur malevolis, & sibi ασυμφώνοις
 stellis, idque aut irradiatione, aut cor-
 pore, suggerentibus Zodiaci signis su-
 am vim &c. Conf: Memb: seq: Nu-
 meri primi τῷ γ. climacteres insinuan-
 tes, si per secundos, quibus summa si-
 gnificatur circulorum, multiplicen-
 tur, annos reddunt, in quos climacteres
 incidunt, qui plerumque penultimum
 vitæ annum infestant; siq̄ ultimum, tum
 θανατικοὶ pro κλιμακτηρικοῖς fiunt. Mi-
 rum est inter hos Lxxiii, quem adeo ce-
 lebrant recentiores, non reperiri. Ex
 hisce facile liquet, quinam cuique gra-
 du, quique etiam ipsis stellis commu-
 niores sunt, aut sæpius occurrunt. Qui-
 nam autē illorū graviores, aut leviores,
 vid.

vid: ap: Salm: p. 473. nec non catalogum κλιμακτῆρων πάντων ex Critodemo excerptum secundum Decanos. p: 610. Climacteres deniq̄ quidam κληρικοί dicuntur, qui ἀπὸ τῆς Ίουλης, ἢ δαίμονος κληροῖς colliguntur: reliqui omnes ὠροσκοπικοί nominati, ab Horoscopo petuntur ipso. Re sic difficili & obscura, qua fieri potuit ratione proposita, quomodo in genituris investigabantur Climacteres, & fata hominum, breviter videamus.

Memb: III.

§ I.

Imprimis quæstio suboritur, à conceptionis ne, vel a nativitatis horula cursus vitæ, ejusdemque Climacteres fata, ac finis, ab astris petuntur. Utrumque fautores invenit. Verum cum hora conceptionis vix à parentibus ipsis, minus à natis, minime ab Astrologis sciri queat: Fœtus prætereà in utero la-

F

tens

unum ferè cum matre constituit, eademq; etiam patitur; propterea sententia posterior plures nacta est lapides albos. Quam igitur viam institerunt Astr: paucis dispiciendum. Imprimis intubantur, in quem positum, ut ita dicam, horula nativitatis habuit Zodiacum, quibusq; in signis quæq; erraticarum cum ☉ fuit; & præcipue quisnam Decanorum horoscopavit: hoc διατεθέναι seu διαθέμα geniti inquirere illis dicebatur. quatuor Zodiaci signa maximè observantur; κέντρα scilicet, quæ κυριεύοντα τῆς γενέσεως ζώδια, item loca ἀφέλικα vocabantur: ὠροσκόπος nempè μεσογράνημα seu ἐπιγεῖον, δύνον vel δύσις, ἀντιμεσογράνημα seu ὑπογεῖον. Hisce maximam vim inesse credebant; ideo forsan, quod quatuor tempora anni illis distinguantur. Cæteri, qui extra cardines sunt, ἔκκειτροι dicuntur. Cardinum quisq; suam habet ἐπαναφοράν, καὶ ἀπόκλιμα: ἀναφορά si- gnum ascendens est, quod illud præcedit προαναφορά vel ἀπόκλιμα; ἐπαναφο-
ρά

ρὰ quod sequitur. Posteriora hæc, in-
 cardinatis vi gaudere dilutiori, dicebant.
 Ejusdem generis σύμφωνα, diversi verò
 ἀσύμφωνα nuncupantur signa: quorum
 recentioribus alia ἐβδωδικὰ; ut V. Ϟ. ϙ:
 alia ἐννεαδικὰ; ut. Ϝ. ϝ. Ϟ. ϟ: alia ἐπίκοινα
 ut Π. ϣ. ϝ. Ϟ. Illorum etiam duo κλιμα-
 κηρικὰ appellationes; ϛ propter domi-
 cilium ♂; Ϟ propter domicilium ♀: am-
 bæ infestiores stellæ. Hinc κλιμακηρί-
 ζουσαι ♀. & ♂. item luna cum properat il-
 luminari, dictæ. ρήματα κλιμακηρικὰ
 dextra & læva, quadratus adspectus, &
 diameter observata sunt. Probe itaque
 inspiciendum fuit, utrum planeta Tetra-
 gona, Hexagona, aut Heptagona, dex-
 tra vel sinistra, constituere, corpore aut
 irradiatione. Quidam hæc platicè, i.e.
 â primo gradu unius signi, ad primum
 alterius: alii signiliter, h.e., â signo ad
 signum, præstabant. Prior modus ut
 accuratior καὶ σύγκρασις καὶ συνδρομὴν fie-
 bat stellarum: posterior, ut rudior, aut
 κατὰ ζώδιον, aut κατὰ τόπον, aut κατὰ.

δεκανόν, vel καὶ ἀπλῆν ἀσέρις δύναμις.
 Etiam & hinc patet, annos κλιμακῆτοικὰς
 non ex numero aliquo, sive septenario,
 sive novenario, confici; ut à plerisque
 recentioribus traditum, ac creditum est.
 Sed ad rem propius redeamus. Hisce
 ita perspectis, ante omnia Dominus ge-
 nituræ investigabatur. *Laborandum,*
inquit Firmicus, & omni sollicitudinis in-
tentione οἰκισθεσπῆσις τῆς γενέσεως inquirendus,
ut per hunc, invento vitæ spatii, & à Chro-
noocratore singulis stellis divisis, omnia posse-
mus, quæ decreta fuerint, explicare. Hunc
 vitæ tempora longiora aut breviora,
 prout collocatus erat, discernere vole-
 bant: ex erraticis una οἰκισθεσπῆσις γε-
 νέσεως, ☉ & ♃ exceptis, sortiebatur,
 quæ scilicet plura suffragiorum puncta
 habebat; quæ λόγος Πτολομαῦο, ψηφῶς
 Hephæstioni dicuntur; quæque eidem
 Heph: ε̄ sunt; τρίγωνον scilicet οἶκον, ὕ-
 ψωμα, ὄριον, Φάσις ἢ συζηματισμὸς. In-
 spiciebant ergò primum loca aphetica
 seu incardinata, num ibi ἀσέρις gene-
 ra

ralis esset ☉ aut ☽: si non illi, tum aliquis planetarum, qui plura prædictorum habebat puncta: si nullus eorum, tum κλήρος τύχης, ἢ δάμοιος: aut pigris illis, tum denique horoscopus ipse. Omnium certè vis ab horoscopo dependebat, quem propterea ζωὴν, ὄιακα, σώμα, πνεῦμα vocitarunt; qui generatim sumptus utramque paginam facit: in genituris namque colligendis dux totius astrologiæ judicariæ putatur. Vid: ast: vet: & recent: fuere & plures ἀφῆται: specialiores, quos ad reliqua vitæ fata ac negotia deducenda, usurparunt, ἀφῆται τῶν πραγμάτων dicti; sed unus generalis, cum de vitæ spatio quæstio agebatur, erat ἀφῆτης, qui ἀναίρεσι opponebatur τῆς ὑποστάσεως ἀφῆτης dictus. Priores etiam Chronocratores appellantur; ideo quod ostendunt, quo tempore hoc vel illud fiet. Ἀφῆτης generalis etiam χρονοκράτωρ sed καθολικὸς nominatur. Hos παραδίδοιτας, reliquos παραλαμβάνοιτας appellant. E: c: ☉ χρονοκράτωρ καθολ: in di-
di

urna genitura x. dominatur annos, quæ in proximo signo stella, totidem annos; & sic consequenter, quamdiu vitæ terminus ex ἀφίτη generalis, aut οἰκοδεσπότη γενέσεως collectus, patitur; nec totum illud decennii spatium in potestate habet παραδίδων aut παραλαμβάνων, sed tradit cuique cæterarum Planetarum, tot menses, quot annos propria periodus habet. E: g: ☉. χρονικράτωρ XIX. menses sibi dividit & retinet: ♄ verò XXX, ♃ XII, ♀ XV, ♁ VIII, ☿ XX, ♃ XXV, tradit; ἰδία quippè eorum periodus tot numeris constat. Hoc tantum, in longioribus vitæ spatiis, valet. Hoc modo, collegisse plerumque veteres annos Climactericos, omniaque prospera & adversa ex eorum scriptis prolixè ostendit sæpissimè cit: Salm: Nunc ratio postularer, ut ostenderemus, quid quæque stella, vel sibi relicta, vel cum aliis conjuncta, sive corpore, sive irradiatione, in quacunque domo, aut quocunque loco constituta; quidve horo-

sco

scopus, aut κληροί decernant, multaque alia; quantumque in his discrepant Astrologi &c. quæ omnia, ut prolixissima & admodum intricata libenter omitterimus, lectoremque ad ipsos fontes ablegamus.

§ II.

Duo præcipua in hominis genitura colligebantur, τὰ σωματικὰ καὶ τὰ πρακτικὰ. Hinc ὅλην ὑπόσασιν ἐτώων, ἐν πρακτικοῖς καὶ σωματικοῖς χρόνοις dividebant. Χρόνος πρακτικὸς vitæ actiones; σωματικὸς omnia, quæ ad corpus pertinent, comprehendit. ☉ itaque, seu δ' αἰμων ἀγαθὸς, aut ejus κληρὸς sejunctim sumptus, mentis & animi Dominus, πρακτικοῖς præfuit; ☾ verò seu τύχη ἀγαθὴ I. ejus κληρὸς, corporis & spirituum Domina, σωματικὰ curabat. Nec reliqui Planerarum neglecti cum suis fortibus, quæ hæc erant: ♃ νέμεσις. ♄ νίκη. ♂ ἰόλμα. ♆ ἔρωσ. ♀ ἀνάγκη. Stellas etiam fixas cooperari in hisce statuisse illos, exindè constat, quod ipsis Zodiis vim magnam tribuerint

rint, utin Memb. I: dictum est, quæ constituunt fixæ. Hoc ideo breviter perstrinximus, ut appareret, quantum dissentiunt à veteribus, qui Climacteres à numeris tantum dependere sibi persuasum habent; nam omnia persequi nostri non est instituti. Hisce igitur missis, brevissime dispiciendum, num Climacteres aut a vi numeri, ut multis, præprimis recentioribus, aut vi astrorum, ut plerisque veterum astrologorum placuerit, dependeant.

Memb: IV.

§ III.

Genethliacorum ferè omnes recentiorum ex solius numeri virtute, & quidem latenti, ac quasi super naturali, Climacteres dependere persuasum sibi habent, septenarii imprimis ac novenarii, vel ex utroque compositi, in quem errorem eos coniecisse, *A Gellium ex Varone de hebdomadibus*, ait Salm: quam in
in

medio rem relinquimus. Numeris omnia constare quis neget? nullus certè est, cujus dignitas illustri aliquo exemplo jactari non potest, ut *septem: ap: cit: Gell: lib: III. c. x:* merito tamen rideantur, ternario qui vim ideò astruunt, quod omnium rerum aliquod sit principium, medium ac finis. Cur non potius binario ex eo, cum omnia crescendi & decrescendi statutum habeant tempus? Nec quaternario gloria deest; quatuor facultates, quatuor sunt tempora anni, quatuor plagæ mundi, ac toridem cardines cœli, quæ literis primi hominis *ἀδάμ*, ut *ανατολή, δύσις, ἀρκίτος, μεσημβρία* comprehendi possunt. Nonnè hæc egregia? ast quid indè? ut cœli Zodia, & planetas in certa genera distinxere, vet: astrologi; ita numeros antiqui Pythagorici: impares masc: pares verò fœm: generis fecere. Pari ratione utrique: sed mittamus argutias tales, nœniaque veterum. 7. & 9. maximèq; ex utroque compositum 63. celebrant

numeros, illosque solos Climactericos
 proclamant. Quare non 16, ex 7 &
 9. etiam conflarum, qui inter ἑκατὸς
 Clim: numeratur Critodemo. Antiqui-
 oribus non magis hi, quam reliqui nu-
 meri sunt Climacterici, ut antea evi-
 ctum. Et libentissimè illis in totum
 concederemus, si nulla pericula, nulli-
 usque interitus, nisi his annis evenirent.
 Quod omninò necessum esset, si ex vi
 ejuscemodi numeri eadem depende-
 rent. Hominum alii maturitatem pro-
 deundi 7 mense, nonnulli 9, 10 qui-
 dam consequuntur: sed quod idem men-
 sis omnibus non fit, sine dubio ex semi-
 nis qualitate, quod ipsissima radix est,
 phantasiâ generantis, ut magis aut mi-
 nus ad generandum apti, aliisque cau-
 sis promanant. Cur foeminae Elephan-
 tis xx. supra c menses si Salm: creda-
 mus p: 610. in utero gestant? foeminae
 vix ultra x, alia animalia, partim ma-
 jori, minori partim tempore? nisi quod
 alia Elephanti, alia hominis, anima-
 lium

lium reliquorum alia sit natura. Hoc certè nulla vis numeri præstat, qui per se nihil potest, sed cum de tempore agitur, temporis ordo, vel pars ordinis est, tempora ergò & res tantum distinguit, nihilque aliud efficit. Ut in rebus, quæ manu fabricantur & arte, pro rei qualitate, pluribus aut paucioribus opus est numeris, ut absolvantur; ità & in iis, quas natura molitur. Scapha velocius trireme ædificatur: sic Elephas, qui mole cætera animalia superat diutius in utero moratur, genitus tardius adolescit, tardiusque senescit. Quæq; species sua gaudet natura. Plantæ, quo grandiores sunt, eo tardius crescunt, serius senescunt; quo graciliores, eo citius utrumq; præstant. Hæc certè omnia, non à vi numeri; sed proprietate seminis solique. Morbos periodicos, tertio, quarto, aut quocunque recurrentes die, neutiquam vis numeri, sed humoris qualitas febrem gignentis, majoremque excitantis motum, facit. Hæc

medicis relinquimus. Et si finis accidat
 prædictis violentus, nec ipse à vi judi-
 candus numeri. Arbores cæduntur, vel
 fulmine feriuntur, mactantur pecudes,
 homines vario mortis genere de medio
 tolluntur: quod cum in aliquo tempor-
 ris numero fieri necessum sit, nec tem-
 pus, nec numerus, sed casus mortem
 adproperans causa est. Aliquis VIII. aut
 IX. mense natus id numeri non impu-
 tabit virtuti; potuit æquè X nasci & ta-
 men vitalis esse. Nec prætereà nume-
 rus IX mensis, quasi solus *ωειπικὸς* ma-
 turitatis fœtus habendus: omnes quip-
 pe præcedentes mentes ad hunc absol-
 vendum æqualiter contulerunt. Qui
 ædificio culturæ imponit, non totam
 construxit molem. Si hic moriatur eo-
 dem anno, numero quis adsignet? nam
 potuit æquè alio discedere anno. Pa-
 trem aut matrem VII, VIII, IX. aut X
 mense natos plerumq; tales edere fœtus,
 judicat Salm: vimq; etiam magnam fe-
 minis esse. Semen tenue, caldum, a-
que-

queum, & minori quam convenit
 quantitate emissum prolem dat infir-
 mam, debilem, minusque longævam.
 Viri ætate firmati, sanitate ac vigore
 robusti semen iusta qualitate ac copia
 emissum, plerumque robustam dabit
 prolem. Hinc veritas illi Poëtæ: *fortes
 procreantur fortibus & in bonis juvenis, &
 equis patria virtus.* Sed dicat quis; imbe-
 cillos plerumque ex robustioribus ge-
 nerari. Mas quidem robusti corporis, æ-
 gritudine vel ebrietate, aut lassitudi-
 ne confectus, vel etiam gravioribus ne-
 gotiis districtus infirmos ac morbosos
 absque dubio procreat: contra, corpore
 sanus, otiosus, omnibusque alienis curis
 vacuus conjugio validam adquiret
 prolem. Hinc etiam furtivo sed nefando
 coitu concepti, plerumque validi ac ro-
 busti sunt. Homines verò literati, stu-
 diis ac occupationibus suis immerfi,
 haud raro ineptos, sibi que dissimiles gi-
 gnunt: districtis quippe spiritibus &
 cogitationibus, quasi aliis intenti hoc
 opus

opus operantur. unde veritas proverbio :
 Ἡρὸς ἐν πάντα πύματα. Alias rationes, sed mo-
 rales vid. ap: D: Chyt: in bist: Jud: p: m: 278.
 Quis dicat hæc à numeris dependere?
 aut quis contendet numerum Climacte-
 res creare? quod absurdissimum: quan-
 titatis quæ essentia? nulla, ergò nec nu-
 meri. Num itaque ab astris dependeant
 Climacteres, ut veterum, à quibus Clim:
 inventi, opinio erat, breviter videamus.

§ II.

Si vitæ spatium ab astris est, eti-
 am Climacteres, in illud incurrentes ab
 illis erunt. Falsitas prioris probanda,
 ut posterioris magis appareat. Primo-
 rum hominum vita ad 900. annos ul-
 traque producebatur. Adami dies
 אָדָם עָשָׂה שְׁנַיִם וְעָשְׂרִים וְשָׁלוֹשׁ הָיוּ
 fuer. Gen. 5,5. nonnulli impiè ad 931. eum
 vixisse contendunt, ut Climacterem se-
 ptenarium in illum obtrudant, ἀλλ' αὐτὸς
 εἶπεν 930. Posito quod 931 esset, hoc non
 ejus κλιμακίηρ, sed ἀναίρεσις foret, inter
 quos maximam esse differentiam supra
 ex

ex veteribus ostentum est. Quare Salmasius totum Ranzovii opus de Clim: refutat, quod totum in recensendo heroum quorundam interitu, occupatum sit. Antediluvianos itaque ultra 900 vixisse annos, postdiluvianos vix ultra 120 annos pervenire. Moles communem vitæ terminum 70. raro 80. annos facit Ps: 90: 10. Sequitur ergo aut alias jam esse stellas: aut non adeo efficaces, ut ante diluvium; aut terminum vitæ à stellis non dependere: priora sunt falsissima, ergo posterius erit verum; nec hujus brevioris vitæ causa Physica tantum est, sed simul Theologica, ut ex Geneseos 6: 3. constat. Sed forsitan Generethliaci Theologiæ gladio jugulum præbere recusant; aliis ideo confodiendi sunt telis. Si potestas stellarum decoxit, per gradus id necessario factum est. Credi quippe non potest, per 1056 circiter annos, qui ex quorundam supputatione inter Adamum & Noachum intercedebant, suas vires imminutas retinuisse. Hoc vero

tempore peracto, uno quasi momento adeo debilitatas, ut vix octavam partem retinuerint, quam ad nostra usque tempora inviolatam conservarint. Inter se præterea valde discrepant hi boni viri. cum de termino vitæ agitur, ut videre est apud Salm: p: m: 660. quod incertitudinem rei arguit.

§. III.

Genethiaci veteres ex stellarum decretis, ut audivimus, omnem vitæ exitum supputant; seniores autem & saniores Philolphi, nullum inde arcessere videntur. Plato in Timæo triplicem statuit exitum: κατὰ φύσιν, καὶ εἰμαρμένην, καὶ κατ' ἀνάγκης παθήματα. καὶ ἐξ ἀνάγκης παθήματα violentos exitus facit, qui βιαιθασίας inducunt, & per vulnera, incendia, ruinas, naufragia, suspendia, venena &c. accidunt. Hinc varii Climacteres, mortis periculum denunciantes. καὶ εἰμαρμένην ex aliquo creatur morbo quasi congenito; τῷ τε γένει ζύμπαντος, inquit, Plato, καὶ κατ' αὐτὸ τὸ ζῶον εἰμαρμένον ἔχον
ἐκα-

ἑκαστον τὸν βίον φύεται. Rationem cit: i, reddit; πᾶσα ζύσασις νόσων τρόπου τῆνα τῆ τῶν ζώων φύσει προσέεικε. Fatalis igitur propriè is est, quem morbi faciunt congeniti quasi, seu cum ipso semine infusi. Vid: exercit: sper: p: 621. &c. κατὰ φύσιν nec casus violentus, nec morbi, sed ipsa senectus, seu defectus vitalis substantiæ efficit; hoc modo homo, quemadmodū lucerna, deficiente oleo, extinguitur, humore scilicet radicali, & calido innato dilabentibus, ut cum veteribus loquar. Hæc mors omnium facillima: anima quippe tum amice, & quadam quasi voluptate, corpori valedicit. Plat loco c. ἡ δὲ κατὰ φύσιν λαθῆσαι μεθ' ἡδονῆς ἐξέπειτα ἔπαυ γαρ τὸ ὠδὲ φύσιν ἀλγεινόν, τὸ δὲ ἡ πέφυκε γηγόμενον ἡδύ. καὶ θάνατῳ δὴ κατὰ ταῦτα, ὁ μὲν κατὰ νόσους καὶ τραύματα γηγόμενῳ ἀλγεινὸς ἢ βιάιῳ, ὁ δὲ μετὰ γῆρας ἰὼν ἴππὶ τελεῖ κατὰ φύσιν ἀποώτατῳ τῶν θανάτων καὶ μάλλον μεθ' ἡδονῆς γηγόμενῳ ἢ λύπης. Sed rara hæc εὐθανασίας felicitas, quæ certius ex proprietate feminis, terræ aerisque natura, prudenti educatione,

bona dicta &c. accercenda est, non autem ab
 astris, utpote causis remotioribus, quæ uno se
 habent modo in omnibus. Ceu gallina, cum suis,
 tum plurium aliarum avium incubans ovis, ex
 æquo calorem suum, & quidquid habet vi-
 rium cum illis communicat: ubi exclusit, ex a-
 liis Gallinæ, ex aliis columbæ, ex aliis perdices,
 ex aliis anseres &c. prodeunt. Nonnulla putrida
 sunt, In quibusdam mortui reperiuntur pulli,
 Quidam albi, nigri alii, nonnulli alius coloris,
 Vivaciores quidam; imbecilli & caduci quidam.
 Nonnullos Mustela necat, milvio aut accipiter
 rapit nonnullos &c. Quis hæc omnia ex inspe-
 ctione Gallinæ incubantis prædicere potis est?
 Nec melius ex astris fata aut Climaçteres prædi-
 cuntur hominum, *quas præter lucendi, & cale-
 faciendi vix aliquid habere, statuit Wendel. p.
 732. Salm: Soli tantum calefaciendi vim tri-
 buit, a quo Planetæ suam habent lucem. Cu-
 jus calorem maris obtinere vicem, mundum
 femina æt. variæ itaque inclinationes cœli, ut
 a sole fiunt, ita talem regionum efficiunt situm:
 aut nimio calore afflictum: aut intolerabili
 frigore infestatum: aut ex utraque tempere bea-
 tum. Hinc tot, tantæque animalium, hominum,
 plantarum metallorumque differentiæ, pro loco-
 rum diversitate, non ad formam solum, sed na-
 turam, staturam, mores, & omnia quibus homo
 homine differt. Idem tamen sol, idemq; calor li-*

cer quibusdā vehementior, remissior quibusdā,
 omnibus est. Unde omnes quam simillimi essent,
 si a sole vel stellis omnia eorū dependerent. *Lunā
 humidam dici posse, de reliquarū stellarum tem-
 perie vix aliquid veri concludi* contendit idem
 Salm: Ut ut est haud minimā fiderum efficaciam in
 hoministemperamento constituendo & mutan-
 do, adeoq; ad hos l. illos adfectus invitando seu
 inclinando, esse, quis inficias ibit: multo tamen
 majorem rationis voluntatisqve facultatem esse
 in iisdem suffocandis institutione recta, & vir-
 tutum assidua exercitatione, nullus negabit pe-
 ritus. Quæ duo tanti sunt momenti, ut ipsam
 quoque naturam, quodam modo immutare va-
 leant. Quod Isocratis constat exemplo: *Qui
 discipulis, Gymnosophistam accusantibus, re-
 spondit, talis (vitiosissimus scilicet) essem ni-
 si naturam virtutis exercitio correxissem.* Fal-
 sã itaq; plerumq; omnes ex astris prædictiones
 sunt utpote à causis universalissimis petita, ne-
 glectis proximioribus, quibus universaliora
 emendari possunt. Sapiens astra regit, insi-
 piens ab illis regitur. Nam *omnes mali, ser-
 vi sunt.* Et quisque *sue fortunæ faber.* Ef-
 fectus præterea, non extendendi sunt ad ea,
 quæ ab illis nullo modo dependent: ut vir-
 tutes, vitia, reliquaque hominum studia ar-
 bitaria: nam si hoc nulla libertas homini es-
 set: omnes leges supervacaneæ: omnes homi-
 nes excusabiles extremo die: Deus causa pec-

est: quæ statuere dementis stultitia, nec Philosophi sapientia est. Multo minus divitiæ, paupertas, cœlibatus, aut matrimonium inde deduci possunt, nisi Dii sint. Quomodo quæso pericula seu κλιμακτήρες a stellis erunt? omnia certe, quæ Deus creavit **יְהוָה בָּרָא** erant; non ergo possunt stellæ, quæ etiam bonæ sunt & in salutem inferiorum conditæ pericula aut alia mala mortalibus creare. Et si fines seu usus earum respiciamus, IV script. S. indigitare videtur 1. *Annunciare gloriam DEI* Ps. 19. 2. *Sceleratos & contumaces peccatores ἀναπλογῆτας reddere* Rom. 1. 20. 3. *Constituere, & discriminare motu suo tempora*, Gen. 1. 15. 4. *Esse signa rerum futurarum, tam ordinariarum, quam extraordinariorum* *ibid*: Ultimus hic contra nos pugnare videtur, sed nullo modo, si sobrie explicetur. Illum vero finem quod stellæ & fingant cuique fata moresque, & ab illis hæc prædici possint, ad calendas probabunt Græcas Genethl. Ergo ab astris nullo modo κλιμακτήρες possunt esse. Reliqua in prologo promissa, quæ hinc desiderantur, valetudinem & otium supremo largiente Nomine brevi subiungere animas est. in te, semperque Gloria summa summo Deo.

Sphælmata, quæ sunt multa festinatio intulit, quæq; annotare pagellæ verat angustia, corrigat ordatus l'lor.